

quid ab honestissimis ceptis detergere te possit, scitum est in omni re facienda initium dari oportere, nec posse quicquam sine initio novum fieri, a quo paulatim ad incrementa ac deinde ad summam rei deveniatur. neque enim aut prudentes nascimur <sup>(a)</sup> aut docti, sed studio atque industria comparanda <sup>(b)</sup> sunt hec. et quanquam ad dicendi facultatem haberi plurima oporteat, unum tamen est in primis necessarium, idest exercitium assiduitasque disserendi. hec etenim efficiunt ut non modo melius sed et facilius promptiusque dicatur. quod quidem et in omni re, sive manu aut lingua sive 10 ingenio perficiatur <sup>(c)</sup>, verum habe <sup>(d)</sup>. quamobrem, si non eque ut desiderium fert, in linguam aut digitos venit oratio, non est ut desperes: nam et tute novus es <sup>(e)</sup>, et qui promptissimi sunt non ita semper eloqui possunt ut mente conceptum est, sed quo magis elaborant, eo venustiorem sermonem edunt. diligendus est autem 15 nobis unus quem imitemur; quod in omni genere rerum efficacissimum adiumentum est. et quanquam Anneus <sup>(f)</sup> neminem velit unum sequendum, sed ex diversis novum quoddam dicendi genus conficiendum <sup>(g)</sup>, michi tamen non ita videtur, sed unum aliquem eundemque optimum habendum esse, quem precipuum imitemur, 20 propterea quod tanto fit quisque deterior quanto inferiorem secutus a superiore defecit. faciendum est igitur quod etatis nostre pictores, qui, cum ceterorum claras imagines sedulo spectent, solius tamen Ioti exemplaria sequuntur <sup>(2)</sup>. hic ne quid te <sup>(8)</sup> demoreret, si prosa contendis, Ciceronem ne desere, sin metro, cole Maronem; 25 quanquam, quod ad eloquentiam attinet, nichil intersit soluta an frenata oratione dicatur. nec vero hic contendo, ut eorum eloquentia prestiterit, ut Macrobius <sup>(3)</sup>, qui, cum diversa genera dicendi

Innanzi tutto bisogna mettersi all'opera,

che nessuno nasce sapiente o dotto. All'oratoria giova preciupamente l'assiduo esercizio,

come, del resto, in ogni operazione umana; né bisogna disperare, se la parola non risponda subito al pensiero.

Occorre poi scegliersi un modello,

non molti, come vuol Seneca, ma uno, l'ottimo.

Così i pittori presenti imitano solo Giotto.

Sia dunque Cicerone il modello per la prosa, e, per la poesia, Virgilio.

Né egli darà retta alle sottili distinzioni di Macrobio tra questi due:

(a) *B corr. nel testo* nascimur da nascuntur      (b) *P preparanda*      (c) *P efficiatur*  
 (d) *G verum habet*      (e) *G et ut te novimus es* *Cosi pure PM c. 67. P et tute nevus*  
*In marg.: blessus*      (f) *B G Annenus*      (g) *P om. te*

(1) Cf. ANN. SEN. *Controv.*, I, par. 6  
 «... quo plura exempla inspecta sunt,  
 «plus in eloquentia proficitur. non  
 «est unus, quamvis praecipuus sit, imi-  
 «tandus, quia numquam par fit imi-  
 «tator auctori».

(2) Sono ricordati quali seguaci di Giotto, tra il 1350 ed il 1400, a Pa-

dova: Giusto de Menabuoi, Altichiero da Zevio, Iacopo Avanzo, Ridolfo Guariento, Giovanni ed Antonio da Padova, e Iacopo da Verona.

(3) MACROB. *Saturn.* V, 1. Cf. PETRARCA: «Ut tamen Virgilii prosaica,  
 «sic iste (ut est apud eundem Senecam)  
 «in carminibus defecit. Duoque Ro-